



1. Rerum Brignianis.
2. de formata feudali.
3. De jure principis areae communio ministeriorum
4. De ordonationibus decim Puxoniae
5. Programma ex Legi Thüring.
6. Ille praeclarus iudicatum
7. De Differentiis juri communis et Brunnensis.
8. ad No 4.
- 9 ad No 5.
- 9.6 ad De pacie in tute postulo negligitum.
10. Rerum Zwickauer.
11. de servatu francois.
12. de operis burgensis.
13. de sudato aronale.
14. De conventionalibus translationibus haereditatem.
15. de platu militare apud Germanos.
16. de pueris in expectativa felicalem.
17. de effectu puerinas.
18. de jure singulorum.
19. ad 17.

Volumen hoc sequentes continent dictationes.

Huet Joseph filius de Steindach de Ardeam  
venatione velys Ruy erbois  
Altstet 1704.

Christian Gottlieb Budet. Programma  
de formula feudali per Marilay  
in zu vni Marilayen locum  
quandoque finarbitur senae 1752.

Casper Schatius Bek de iure principi  
per circa conuicia ministorum  
et vasallorum senae 1752.



4a

IO. RVDOLPHI ENGAVII, D.  
COD. ET NOVELL. P. P. O. CVRIAEC PROVINC. ASSESSORIS  
SCABIN. COLLEG. SENIORIS  
ET  
FACVLTAT. IVRID. H. T. DECANI

---

PROGRAMA  
AD  
INAVGVRALEM DISPVTATIONEM  
A  
CLARISSIMO IVRIVM CANDIDATO  
IVSTINIANO THOELLDEN  
TENNSTAD. THVRING.  
CRASTINO DIE HABENDAM  
*INVITATORIVM*

---

IDQVE PRIMVM INTER EA  
QVIBVS  
DE  
LIBRORVM, QVOS Grānz- Lager- Bü-  
cher, Fluhrläufer, Erbbücher, und Hebedegister  
DICERE SOLEMVS, FORMA, CONTI-  
NVATIONE, RENOVATIONE, FI-  
DEQVE VARIA

BREVIBVS DISSERITVR.

---

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS. 4v

L 5



### §. I.



Ambitus praediorum ad uniuersitatem quandam pertinentium, dicitur *Bezirk, Flubr,* huiusque descriptio, prout ad terminos, eosque uel publicos\* uel priuatos, aut ad singulorum agrorum situm, superhabitatis terminis, facta est, audit *Grantz-Lager-Buch, Flubrläufer.*

\* FRITSCH opusc. To. II. tr. VI. c. 1. aut territorii cuiusdam sermonem non §. I. seq. Nobis hic de finibus regni esse, quilibet intelligit facile.

### §. II.

Quorum librorum quilibet, auctoritate publica, et praesentibus iis, quorum interest, eum probe confici, debet conscribi.

### §. III.

Itaque librum, terminos publicos denotantem, *Grantzbeschreibung, Grantzbußb,* conditurus, debet (1) adhibito geometra, alioue rerum finalium perito\*, iurato tamen, praesentibus et sibi subiectis, et uicinarum uniuersitatum dominis aut directoribus\*\*, in omnes et singulos terminos inquirere, et quos detexit, certos dubiosue, eorumque signa, tam naturalia\*\*\*, utpote vias regias, montes\*\*\*\*, flumina, ualles etc. quam artificalia u. c. lapides, arbores\*\*\*\*\*, statuas, capellas, sepes viuas\*\*\*\*\* signa crucis\*\*\*\*\* etc. ut persona publica describat, curare.

\* Hic in codicillo chartarum Suauestadenium v. Schwalffeder Buch, audit Sandmann. Vid Perilliustr. Dn. de WESTPHALEN monum. ined. rer. Germ. To. IV. f. 3133.

\*\* Weichbild art. 127. I P. S. II, 50. IO. ANT. de FRIEDENBERG tr. de quibusdam Silesiae iuribus, lib. II. c. 34.

\*\*\* Haec licet quibusdam Dd. dicantur aeterna, HIERONYMVS de MONTE BRIXIANO tr. de finibus regendis c. XVII. nr. 11. et inter uicinos communia,

V. OETTINGER de iure et controveneriis limitum, ac finibus regendis lib. I. c. 18. nr. 20. et not. 5. tamen quandoque mutationi subsunt, uel ad unum tantum pertinent. Sic ubi flumen siccatum, aut illius alueus derelictus est, non possunt non noua ponni finalia signa; Sic quoque arbor illa finalis, quae ab alterutro tantum latere signata, communis non est. HIERONYMVS de MONTE BR. c. tr. c. 17. nr. 7. c. 18. nr. 1. OETTINGER c. tr. lib. I. c. 18. nr. 15.

\*\*\*\* Iu-

\*\*\* Ingum montis, et praesertim locus aquarium diuortis diuisus, *Schneelaufen, Schlägelwetzen* alieubi dictus, attenditur OETTINGER c. I. c. 19. nr. 4. seq. POLACK mathes. for. sect. 2. §. 51.

\*\*\*\* Hae uel singulares plantantur uel inter alias eiusdem nominis plantae crucis alioue signo notantur. HIERONYMVS de MONTE B.R. c. tr. c. 19. KREBS de ligno et lapide p. I. cl. 1. sect. 14. §. 1. DV FRESNE *Gloßar*. v. arbor finalis. Quae posteriores nomen derer Lachen, Louchen, Louchbäume, Lochbäume fortiae sunt, BESEND th. pr. h. v. et quidem ab antiquo vocabulo *Lach*,

## §. IV.

Et, quia lapides, sicuti pro uarietate finium, quos designant, uariis nominibus v. c. *Amts-Bann-Geleits-Freyungs-Forst-Lagd-Steine* etc. vocantur\*, uarioique ponuntur modo\*\*, ita uariis instruuntur notis\*\*\*, (2) has descriptioni cuiusque lapidis finalis adiici necessarium est. Sunt autem uel *externae* uel *internae*, quarum haec, ex rebus, quae perdurant nec tempore consumuntur\*\*\*\*, consistentes, dicuntur *Eyer, Beylagen, iunge, loszeichen*\* testes\*\*, indices etc. atque fidem conciliant lapidi\*\*\*, cui subsunt; illae uero uarii generis fines distinguunt, simuli que monstrant lineam, ad quam proxima eiusdem generis finium signa quaerere debes\*\*\*\*.

\* OETTINGER c. Tr. lib. I. c. 2. nr. 8. BECK c. tr. lib. I. c. 2. obs. 3. seq. BILDEBRANDI d. de *vivificatione finium prouincialium argue publicorum* c. 2. §. 9. et d. de *lapidum diuersitate*, c. I.

\*\* OETTINGER c. Tr. lib. I. c. 17. nr. 27. seq. BECK c. Tr. lib. I. cap. 4. obs. 8. 9.

\*\*\* OETTINGER c. I. nr. 14. seq. KREBS de ligno et lapide p. II. cl. 6. sect. 4. §. 17. seq. BECK c. I. c. 5. obs. 1-4. ROHRS *Hausbalzungs-Recht* lib. 3. c. 29. §. IO. POLACK c. I. §. 51. GERDES oper. To. III. disp. XIII. c. 2. th. 12. obs. 8.

\*\*\*\* u. c. ex fragmentis unius uel al-

lachus, lachum, sensu primario, incisio nem, secundario autem, terminum quemcunque significante, POLYC. LEYSER de lachis *Loubac* p. 7. HERTIVS de *inspektione oculare*, §. 21, WACHTER *glosfär, german.* v. Lache, neutiquam uero a foramine, quod statuerunt OETTINGER c. Tr lib. I. c. 2. nr. IO. BECK tr. de *iure limitum* c. 2. obs. 1. quum paucae numero signentur foramine.

\*\*\*\*\* KREBS c. tr. et I. §. 2.

\*\*\*\*\* Quae iam Sec. XIII. adhibita fuisse, nos docet *Charta Wizislai Rugiae Principis de A. MCCXXV.* ap. Dn. de WESTPHALEN c. I. To. II. f. 2062,

## §. V.

terius lateris ad aedificandam fornacem aut ad solum sternendum cocti, lapidis fissilis, tegulae, orbis uitrei, ex carbonibus etc

\* *Solmischs Landrecht* tit. 30. §. 21. 22.

\*\* RVLAND de commissar. lib. VI. c. 3. nr. 12. BRVNNEMAN d. de *limitibus* c. I. §. 10.

\*\*\* MOELLINGER d. de *terminis* et *illorum iure* th. 26. HIERONYMVS de MONTE B.R. c. tr. c. 21. nr. 6.

\*\*\*\* MARBACH de *terminis* et *illorum iure* th. 24. MENIT d. de *finibus territorii* §. 17. not. 2. §. 19.

X 2

§. V.

## §. V.

Denique libellus terminalis, ut rite compositus queat dici, debet (3) titulum et annum compositionis in fronte gerere, (4) totius districtus ichnographiam \* exhibere, (5) quaenam distantia intercedat inter duo signa proxima, itidem (6) num aliqui et quotnam lapides secundarii, quos uulgas cursorios, läuffer \*\*, vocare solet, inter duos angulares deprehendantur, sintque literis, numeris, an nullo plane modo notati, significare \*\*\*, et, (7) ubi fines dubii, quis de signorum iusta positione, et quare de illa dubitet, laudare, ac insuper prouocare ad pacta limitanea, auf die Gräntz-Recess, Abschiede, Vergleiche.

\* MENII d. de finibus territorii §.39.

\*\* RVLAND c. l. c. 3. nr. 13.

\*\*\* BE SOLD tb. pr. v. Bezirckbrief.

SECKENDORF im T. Fürsten - Staat

p. II. c. 7. §. 6. ERTL pr. aur. de iurisd. in-

fer, lib. I. c. 6. obs. 3. f.

## §. VI.

Iam exemplum formulae, ad regulas modo traditas confessae, benigna fronte accipias uelim:

P. P.

Der erste Stein steht an der nach N. gebenden Land - Straße, neben der Wässerkunst, und ist auf der einen Seite mit dem Stadt-Wappen, auf der andern aber folgender massen <sup>A</sup> 1748 bezeichnet; er hat übrigens 3. aus einem Ziegelstein geschlagene Stücke zu Eyern, und auf dem Kopf einen Schleiß, so in gerader Linie weiset auf einen, 16. Ruthen weit davon entfernten, eben als an der Straße obnfern der Marter-Säule stehenden, Mabl- und Lachbaum, so eine grosse Büche ist.

An diesem Lachbaum, so das N. Stadt und N. Dorf-Fluhr scheitdet, ist auf beyden Seiten ein Creutz geschnitten, vorn aber ein Eckloch gebohret, so an dem Dorf-Weg hin auf einen, nahe bey dem Busch-Holtz stehenden, Stein, welcher auf der einen Seite mit dem Stadt-Wappen, auf der andern aber mit dem Nabmen des Dorfs N. bemarcket, weiset, dieser aber binniederum auf einen, 6. Ruthen 12. Schuh weit davon befindlichen, gegen das Dorf N. zu liegenden, rings umgraben, Gräntzhaufen gerichtet ist etc.

Quae tradenda supersunt, in aliud tempus differre licet.

bit. Etenim instituti mei ratio postulat, ut iam notum faciam atque testatum, praestantissimi Iurium Candidati **THOELLDENII**, uitae curriculum, ab illo ipso ita delineatum:

Ego

## IVSTINIANVS THOELLDEN

Iucem adspexi uitalem Longosalissae Mens. Decembr. A. O. R. MDCCXIX. usus patre, Viro illustri atque Excellentissimo, Domino CHRISTOPHORO THOELLDEN, Domino in Gangloffemnern, Sacrae Regiae Maiestatis Polonicae a Consiliis Commissionum, nec non Circuli Thuringici Superiori Praefecto. Matrem habui AVGVSTAM VICTORIAM, Viri nobilissimi, Domini CHRISTIANI TAVSCHMANNI, Mercatoris prudentissimi filiam, in cuius praemastro quidem, pio tamen, fato multis abhinc annis eruptae, locum successit IOHANNA MARIA, Viri nobilissimi IACOBI NEVSTADTII, Senatoris Leucopetrensis et Mercatoris haud infimae notae filia, quam iustum adhuc ueneror nouercam. Pia mente recordor indefessi optimorum parentum in salute mea promouenda studii, cuius notam haud obscuram percepvi, quem infantiae limen nondum supergressus essem. Mox enim tradiderunt me institutioni priuatae magistrorum, quorum in numero habui CHRISTOPHORVM POELERV, cuius fata, quo magis me in praesenti latent, eo benigniora illi appreco, fidelissimae illius doctrinae probe adhuc memor.

Quum uix duodecimum annum impleuisse, optimus Pater meus, qui tunc temporis Consiliarii intimi, et Camerae Ducalis Weissenfelsensis Directoris dignitate fulgebat, atque a Serenissimo Querfurtenium Duce, grauissimorum negotiorum, coram summis imperii tribunalibus tractandorum gratia Viennam Wetzlariamque mittebatur, ne, eo absente, detrimenti quid caperet animus meus, tam fidei Christianae elementis, quam bonarum literarum ornamentis imbuendus, me demandauit curae S. R. IOANNIS CHRISTIANI STEMLERI, S. S. Theologiae Doctoris, Athenaei Numburgensis olim Rectoris, postea Concionatoris aulici Weissenfelsensis primarii, Consistoriique ibidem Praefidis, nunc Augustissimi Polonorum Regis et Saxoniae Electoris, per Dioecesin Plauensem Superintenden-

tendentis, cui plurimum me debere iubens profiteor, eumque Patronum ueneror optimum. Negotiis Summi Principis ex ase confectis, Leucopetram reuersus Parens meus, ad bonarum artium doctrinamque copiam rite hauriendam in illustre Lyceum Portense me misit, ibique FREYTAGII, WALTERI, SCHRAMMII, STÜBELII, HENTSCHELII, WEIDNERI, HEVMANNI et HÜBSCHII curae disciplinaeque credidit. Ex quorum magistrorum doctrina, et inprimis ex celeberrimi FREYTAGII, sub cuius auspicio styli cultioris fundamenta, nec non iuris naturalis rudimenta posui, historiamque excolui, praeceptis adeo profeci, ut, quinquennio nondum elapsō, praeceptoribus meis dignus uiderer, qui ad altiores disciplinas adipirarem scholamque inferiorem cum superiori commutarem. Hinc Lipsiam tetendi, ibique d. 13. Mens. Maii. A. O. R. MDCCXXXIX. nomen meum apud Magnificum tunc temporis Rectorem, GEORGIVM FRI-DERICVM RICHTERV M, Moralium et Politices Prof. Publ. Ord. professus, in numerum ciuium academicorum relatus sum. Hic ordine ut procederent omnia, id mihi potissimum dari credidi negoti, ut, qualemque in Prouinciali schola Portensi in Philosophicis disciplinis mihi iam comparauerant scientiam, ante omnia efficerem pleniorum. Hanc ob causam scholas excellentissimi WINCKLERI, quem ad augendam in literis elegantioribus scientiam quoque ducem elegi, secutus sum, in Historicis vero Clarissimum IOECHERV M, et illustrem FEVSTELIV M I. V. D. et Potentissimi Poloniarum Regis ac Electoris Saxoniae nunc aulae et iustitiae Consilarium audiu. In pertractando Iuris civilis studio dedi operam illustri HOMMELIO, MENCKENIO et DINCKLERO, sub cuius auspiciis in arte disputatoria me quoque exercui. Iuri Canonico incubui, praeeunte supra laudato FEVSTELIO, iuris vero publici dogmata ex illustris MAS-COVII preelectionibus percepi, tandemque in Iure feudal Scholas Consultissimi BAVERI, quem quoque in Processualibus, et in primis in arte de rite formanda Actorum relatione ducem naclus fui, sectatus sum, atque his ducibus omnem uniuersi iuris cursum feliciter absolui. Exacto fere quadriennio et ad finem perduculo in hoc ipso cursu iuridico, ut publica diligentiae atque in iuridicis disciplinis scientiae monumenta extarent, Commentationem de *Sacris Romanorum gentilitiis* non solum conscripsi, sed etiam disputationem de *Mamu militari, occas. L. 68. π. de public. in rem actione conceptam, sub Prae-*

Praesidio illustris HOMMELII publice defendi. Antequam ex Academia Lipsiensi, (in qua et Parens meus honoratissimus summorum Principum de Dolgerocky, qui ex Moscouia venientes, Lipsiam, tunc temporis, sua praesentia illustriorem splendidioremque reddebat, studiis, cum laude moderandis olim praeceperit) discederem, examen, quod pro praxi vocant, subii, in coqueta ita steti, ut ab inclito Iure-Consultorum Ordine Lipsiensi luculentum prefectuum testimonium impetrarem, dignusque unanimi consensu iudicarer, qui in numerum Aduocatorum reciperer. Relicta tandem Lipsia, ex Parentis consilio, terras peregrinas, Hollandiam, Belgiam et Galliam (quum et exterarum gentium mores linguasque habere perspectas, multum proficit) uisitau, Academiam quoque Argentoratem frequentau, imo Wetzlariae pariterque Francofurti ad Moenum, per breve temporis spatum, ne rationis procedendi, quae in summis Imperii Iudiciis obtinet, non plane expers essem, commoratus fui. Inde reuersus, ut, quod in Academiis ex fidelissima doctorum institutione addidiceram, in ipsis rerum argumentis obseruare, veramque Processus in terris Saxonice indolem disserem, an. MDCCXXXV. me contuli Dresdam, ibique frequens adii Virum illustrem, Dominum LEYSERVM, I. V. D. et superioris, quod Dresdace est, Consistorii nunc Consiliarium, qui Acta iudicialia mihi dedit perlustranda, meque ita consiliis iuuit, ut, quid cognitionis in praxi mihi acquisuerim, excellentissimi huius uiri ductui tribuendum esse, grata mente profitear. Hoc facto, ad patrios lares redii, et, ut usui fori adsuescerem, in Praefectura Circuli Thuringici Electorali Regia, quae Tenstadii est, per duos annos commoratus fui, ibique sub ductu, auspicioque Parentis in iurisprudentia iudiciaria rite tractanda posui operam. Uno adhinc anno Dresdam iterum petii, et matriculae Aduocatorum, praefititis, coram Regimine Regio Dresdensi, adhuc pro more praestandis, inscriptus, accuratam summorum, quae ibi fulgent, Collegiorum cognitionem mihi adquirere studui, id quod multum utilitatis mihi et in posterum in eo, quod mihi est, proposito, esse adlaturum spero, simulque grato ore celebro optimi Parentis indulgentiam, qui, et priore Coniuge humanis ex improviso rebus crepta, duplice in me bene educando, curam posuit, et nullis sumitibus, quae ad me faciebant tuendum ornandumque pepercit, omnesque optimorum Parentum partes ita impleuit, ut patrem, hoc meliorem, ne nunc quidem mente fingere ex-

cogi-

cogitareque possem. Unde nihil magis habeo in uotis, quam ut gratissimum optimo Parenti, cui uitam adhuc prolixam, omnique bonorum genere cumulatam exopto, declarandi animum nanciscar occasionem.

Hic Candidatus noster, qui uitam academicam dedit laudabiliter, exterorum mores dialectumque peregrinatus didicit, atque trituram forensem Wetzlariae, Francofurti ad Moenum, Dresdae et Tennstadii cognouit, sub initium superioris mensis ad nos uenir, summos in utroque iure honores decenter ac modeste contendens. Illius petitio annuit, eumque, postquam in examinibus probe stetit, cathedram ascendere, et inauguralem disputationem, ut Doctoris titulum iuraque more maiorum consequi posset, habere iussit illustris ICtorum Ordo. Iam quum crastino die sub praefidio Viri illustris ac Consultissimi CHRISTIANI GOTTL. BVDERI, Fac. Iurid. Senioris uenerandi, sive Fautoris et Collegae nostri obseruant colendi, disputationem de nobili quodam iuris patrii arguento, nimirum *de ordinationibus politiae et iustitiae SERENISSIMORVM SAXONIAE ERNESTINAE DVCVM conditam* defensurus sit, meae partes sunt, ut VOS MAGNIFICE DOMINE PRORECTOR, PATRES ET SENATORES AC... E-MIAE VENERANDI, itidem HOSPITES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI, nec non GENEROSISSIMI AC NOBILISSIMI COMMITTONES, meo Ordinisque mei nomine, ea qua pars pietate et obseruantia, rogitem, uelitis hunc actum disputationum uestra praesentia celebriorem et splendidiorem reddere P. P. d. XIV. Apr. MDCCXLVII.



00 A 6353



Retro ✓





4a  
B.I.G.  
Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue  
IO. RVDOLPHI ENGAVII, D.  
COD. ET NOVELL. P. P. O. CVRIA PROVINC. ASSESSORIS  
SCABIN. COLLEG. SENIORIS  
ET  
FACVLTAT. IVRID. H. T. DECANI

PROGRAMMA  
AD  
INAUGVRALEM DISPVTATIONEM  
A  
CLARISSIMO IVRIVM CANDIDATO  
**IVSTINIANO THOELLDEN**  
TENNSTD. THVRING.  
CRASTINO DIE HABENDAM  
*INVITATORIVM*

IDQVE PRIMVM INTER EA  
QVIBVS  
DE  
LIBRORVM, QVOS Grānz = Lager = Bü-  
cher, Gluhrläufser, Erbbücher, und HebeRegister  
DICERE SOLEMVS, FORMA, CONTI-  
NVATIONE, RENOVATIONE, FI-  
DEQVE VARIA  
BREVIBVS DISSERIT VR.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS. L 5